



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 13. Lutheri scripta contra Anabaptistas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.
A.C. 1525.

Hist. des
Anab. impri-
mée à Am-
sterdam. 1700.

§. XII.

Progressus Sectæ Anabaptistarum.

Nihilominus Anabaptistarum Secta extremo Ducum suorum supplicio nondum extincta fuerat, quamvis illorum seditio dissipata esset; nam iidem Hubmeyero auctore Tigurinos, Basileenses, San-Gallenses, Scaphusanos, pluresque alios suis erroribus involvebant: Tandem vero Principes ac Magistratus horum Fanaticorum jugum singulari sua vigilantia, animique fortitudine excusserunt; cum horum quamplurimi ob metum supplicii ex Helvetiorum Pagis excederent, & potissimi eorum in Germaniam inferiorem, ac præcipue in Westphaliæ, Frisiæ, Hollandiæ, aliasque Provincias circumvicinas se diffunderent.

§. XIII.

*Lutheri scripta contra Ana-
baptistas.*

Cochl. I. cit.
p. III.

Lutherus, qui paulo ante Anabaptistarum rebellionem suadebat, nunc illam condemnans, scriptum eorum libellum confutare aggressus est, ac præprimis Principibus æque ac Magistratis obtemperandi necessitatem exposuit,

suit, demum ad nonnullos præfati libel-
li articulos respondit, & quidem ad Sæcul. XVI.
primum afferuit, Ministros a populo esse
eligendos, suum tamen & in hoc ordi-
nem esse servandum; si enim bona ad
Ministrorum sustentationem destinata a
Magistratibus proveniant, eorum no-
minationem itidem penes Magistratus
esse, illis vero id recusantibus, eligendi
Ministros, eisque providendi jus ad po-
pulum devolvi. Si autem Magistratus
quemdam a populo nominatum admit-
tere renueret, hunc obstringi, ut proti-
nus discedat, illisque, a quibus fuerat
electus, liberum relinquat, an eum ve-
llint sequi. Alterum articulum de de-
cimis omnino iniquum esse pronunciat,
nec minus tertium reprobat, ceteros-
que omnes ad Juris peritorum judicium
remittit. Sub idem ferme tempus Lu-
therus adhortationem ad Principes e-
vulgavit, in qua de hisce duodecim ar-
ticulis moderatius, quam in alio quo-
dam libello loquitur, simulque Princi-
pes ac populum ad pacem adhortatur,
& tam his, quam illis mala, quæ ex ci-
vilibus bellis sequuntur, ob oculos ponit.
Tandem cum sua monita contemni
cerneret, palam seditionis adversari con-
stituit, atque acerbiori Münzerum con-
vitandi studio abreptus, librum com-
posuit, cui titulum præfixit: *Terribile fa-*

B 2 *etum*

Sæc. XVI. *Etum, & judicium Dei in Thomam Müenze-*
 A.C. 1525. *rum.* Huic libello protinus respondit

Joannes Cochlaeus, atque omnia in i-
 pfsum Lutherum retorquens, ex propriis
 ejusdem libris, quæcunque ipse rusti-
 cis imputavit, eos haussisse, atque cun-
 ëta, quæ rebelles injuste attentarunt, ex
 illius doctrina didicisse demonstravit.

§. XIV.

*Francofordiensis Lutheri hæresis
 infecti.*

Ex his Germaniæ tumultibus innume-
 ræ oriebantur seditiones in variis
 urbibus, quarum cives Lutheri sectam
 introducere moliebantur. Jamjam Sa-
 xoniæ Elector recens electus, Hassiæ
 Landgravius, & Brunsvicensium Dux
 palam Lutheri hæresin profitebantur,
 nec minus Senatus Argentinensis aper-
 te adversus Episcopum Ecclesiasticorum
 connubiis & Lutheranæ doctrinæ Præ-
 conibus favebat. Ast majores longe
 turbas impia hujus Hæresiarchæ dog-
 mata Francofordiæ ad Mœnum fusci-
 tarunt: Plebs enim a duobus seditioso-
 rum ductoribus, quorum unus erat Sar-
 tor, alter Sutor, ad rebellionem con-
 citata in feriis Paschalibus magno im-
 petu insurrexit, ac undique ad arma
 con-